

1401 Herculanei. Tabula longitudinis unciarum 28, latitudinis 20 SEVERINVS. Aenea tabula reperta est clavis parieti affixa; servat eam Matthaeus e Capua Conchanorum princeps CAPACC. (1607). Neapoli CIDICIII PARIS.

CN · HOSIDIO · GETA · L · VAGELLIO · COS
X · K · OCTOBR · S · C

p. C. 44/6

CVM · PROVIDENTIA · OPTVMI · PRINCIPIS · TECTIS · QVOQVE
VRBIS · NOSTRAE · ET · TOTIVS · ITALIAE · AETERNITATI · PROSPEXERIT · QVIBVS
5 IPSE · NON · SOLVM · PRAECEPTO · AVGVSTISSIMO · SET · ETIAM · EXSEMPLO
SVO · PRODESSET · CONVENIRETQ · FELICITATI · SAECVLI · INSTANTIS
PRO PORTIONE · PVBLICORVM · OPERVM · ETIAM · PRIVATORVM · CVSTODIAE
DEBERENTQVE · APSTINERE · SE · OMNES · CRVENTISSIMO · GENERE
NEGOTIATIONIS · NE · INIMICISSIMAM · PACE · FACIEM · INDVCKERE
10 RVINIS · DOMVM · VILLARVMQVE · PLACERE · SI · QVIS · NEGOTIANDI · CAUSA
EMISSET · QVOD · AEDIFICIVM · VT · DIRVENDO · PLVS · ADQVIRERET · QVAM
QVANTI · EMISSET · TVM · DVPLAM · PECVNIAM · QVA · MERCATVS · EAM · REM
ESSET · IN · AERARIVM · INFERRI · VTIQVE · DE · EO · NIHILO · MINVS · AD · SENATVM
REFERRETVR · CVMQVE · AEQVE · NON · OPORTERE · MALO · EXSEMPLO · VENDERE · QVAM
15 EMERINT · VENDITORES · QVOQVE · COERCERENTVR · QVI · SCIENTES · DOLO · MALO
INTRA · HANC · SENATVS · VOLVNTATEM · VENDIDISSENT · PLACERE · TALES
VENDITIONES · INRITAS · FIERI · CETERVM · TESTARI · SENATVM · DOMINIO
CONSTITVI · QVI · RERVVM · SVARVM · POSSESSORES · FVTVRI · ALIQVAS ·
EARVM · MVTAVERINT · DVM · NON · NEGOTIATIONIS · CAUSA · ID · FACTVM
20 CENSVERE IN SENATV FVERVNT CCCLXXXIII

VOLVSIO · P · CORNELIO · COS · VI · NON · MART · S · C

p. C. 56

QVOD · Q · VOLVSIVS · P · CORNELIVS · VERBA · FECERVNT · DE · POSTVLATIONE · NECESSARI ·
ALLIATORIAE · CELSILIAE · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C ·
CVM · S · C · QVOD · FACTVM · EST · HOSIDIO · GETA · ET · L · VAGELLIO · COS · CLARISSIMIS · VIRIS · ANTE · DECIM · K
25 OCT · AVCTORE · DIVO · CLAVDIO · CAVTVM · ESSET · NE · QVIS · DOMVM · VILLAMVE · DIRVERET · QVAM
SIBI · ADQVIRERET · NEVE · QVIS · NEGOTIANDI · CAUSA · EORVM · QVID · EMERET · VENDERETVE
POENAQ · IN · EMPTOREM · QVI · ADVERSVS · ID · S · C · FECISSET · CONSTITVTA · ESSET ·
QVI QVID EMISSET · DVPLVM · EIVS · QVANTI · EMISSET · IN · AERARIVM · INFERRE · COGERE
TVR · ET · EIVS · QVI · VENDIDISSET · INRITA · FIERET · VENDITIO · DE · IIS · AVTEM · QVI · RERVVM
30 SVARVM · POSSESSORES · FVTVRI · ALIQVAS · PARTES · EARVM · MVTASSENT · DVM · MODO
NON · NEGOTIATIONIS · CAUSA · MVTASSENT · NIHIL · ESSET · NOVATVM · ET · NECESSARI
ALLIATORIAE · CELSILIAE · VXORIS · ATILII · LVPERCI · ORNATISSIMI · VIRI · EXPOSVIS
SENT · HVIC · ORDINI · PATREM · EIVS · ALLIATORIVM · CELSVM · EMISSE · FVNDOS · CVM · AEDIFICIS · IN
REGIONE · MVLINIENSI · QVI · VOCARENTVR · CAMPI · MACRI · IN · QVIBVS · LOCIS · MERCATVS · ACI · SVPE
35 RIORIBVS · SOLITVS · ESSET · TEMPORIBVS · IAM · PER · ALIQVOD · ANNOS · DESISSET · HABERI · EAQVE
AEDIFICIA · LONGA · VETVSTATE · DILABERENTVR · NEQVE · REFECTA · VSVI · ESSENT · FVTVRA · QVIA · NEQVE
HABITARET · IN · IIS · QVISQVAM NEC VELLE IN · DESERTAC · RVENTIA · COMMIGRARE · NE · QVID
FRAVDI · MVLTAE · POENAEQ · ESSET · CELSILIAE · SI · EA · AEDIFICIA · DE · QVIBVS · IN · HOC · ORDINE · ACTVM
ESSET · AVT · DEMOLITA · FVISSENT · AVT · EA · CONDITIO · SIVE · PER · SE · SIVE · CVM · AGRIS · VENDI
40 DISSET · VT · EMPTORI · SINE · FRAVDE · SVA · EA · DESTRVERE · TOLLEREQVE · LICERET
IN · FVTVRVM · AVTEM · ADMONENDOS · CETEROS · ESSE · VT · APSTINERENT · SE · A · TAM · FOEDO · GENERE · NEGOTIATION
HOC · PRAECIPVE · SAECVLO · QVO · EXCITARI · NOVA · ET · ORNARI · IN · VNIVERSA · QVIBVS · FELICITAS · ORBIS · TERRA
RVVM · SPLENDERET · MAGIS · CONVENIRET · QVAM · RVINIS · AEDIFICIORVM · VLLAM · PARTEM · DEFORMEM
ITALIAE · ET · ADHVC · RETINERE · PRIORVM · TEMPORVM
45 ITA VT DICERETVR SENECTVTE ACTVM
CENSVERE IN SENATV

Unicum exemplum ad nos pervenit, traditum apographis tribus plus minus et subinde diverse interpolatis, quae sunt Capaccii hist. Neap. (1607) l. II c. 9 p. 464 ed. pr.; anonymi cuiusdam adscriptum ad Gruteri (ed. 1) exemplar servatum in bibliotheca publica Parisina; Marci Aurelii Severini chirurgi Neapolitani, qui acceptum a principe Conchanorum Matthaeo a Capua II magno regni Neapolitani Admirato, id est ab aeris domino, communicavit cum Christophoro Adamo Ruperto, is autem Altorfio a. 1642 Reinesio misit prodiitque ita in eorum epistulario (Lipsiae 1660) p. 202 (cf. p. 293). Pendent inde Reinesius 7, 41, ubi ex Capaccio solo dedit; Don. 2, 66 'ex schedis autographis Donianis', id est ex Capaccio edito; Orelli 3145. Edidi ego in actis minoribus Lipsiensibus a. 1852 p. 272 seq. usus exemplis Capacciano et Parisino; Severinianum tum ignorabam.

Errores et interpolationes multi et graves tribus exemplaribus communes cum satis ostendant pendere ea a communi auctore, hiatus modo indicati, modo expleti supplementis diversis e contrario probant neque Parisinum neque Severinianum ex Capaccio edito descriptum esse, sed ex archetypo eius. Interpolati sunt potissimum versus extremi aere olim ibi effracto; unde utile fuit veram versus divisionem cognovisse, quam servavit solum apographum Parisinum. Quadratis litteris lectionem traditam ita exhibui, ut naevi tribus exemplaribus communes retinerentur; quantum fieri potuit restitutam vulgari forma apposui. — Epitomen horum senatus consultorum servavit Pauli locus ex l. eius ad edictum LIV receptus in Digesta 18, 1, 52; unde cum quaedam corrigantur, eam apposui.

1. 2 litteris maioribus scriptos fuisse significant C(apaccius) P(arisinus) S(everinus)
- 2 CAL OCTOB C
- 3 TECTIS C, LECTIS PS
- 5 EXEMPLO S
- 7 CVSTODIAE PC, CVSTODIA S
- 8 DEBERENTQ CS
APSTINERE C, ABSTINERE PS
- 10 VILLARVMQ CS
- 11 VT] VI S
ACQVIRERET CS
- 13 AERARIVM S, AERA CP
VTIQ PS
- 14 CVMQ C
EXEMPLO S
- 18 QVI] QVE P
ALIQVAS... P, ALIQVAS-PARTES CS
- 20 CENSVERINT C
- 22 QVOD Q PS, QVOQVE C
NECESSARI... P, NECESSARIOR C, NECESSARIA S
- 24 CONS S
DECIM K P, DECEM K S, X K C
- 25 DIVO PS, D C
DIRVERET QVAM PS, DIRVERET QVOD C;
dirueret quo plus Dig.
- 26 ACQVIRERET S
- 27 POENAEQVE S
EMTOREM S
ESSET... P, ESSET-ITA-VEL-IIS C (ex supplemento duplici), ESSET-ITA-VT-ET-IS S
- 28 QVIQVID P, QVIDQVID S, QVI QVICQVID C
INFERRI C
- 30 EARVM CS, EORVM P
- 31 MVTASSET S
ESSET] ESSE PS
ET] EI P
NECESSARI CS
- 32 ATILII PS, ATIL C
- 33 VILLATORIVM P
FVNDOS om. P
- 34 MACRI S, MATRI CP
MERCATVS ACI SVPE P, MERCATVS AC IS SVPE S, MERCATVS... SVPE C
- 35 IAM] EAM P
ANNOS om. C
- DESISSET S, DESSISSET C, DESISSENT P
EAQ S
- 36 NEQ P
REFACTA C
NEQ P
- 37 INDESERTA CRVENTIA CS, INDE SERI AC RVENTIA P
- 38 FRAVD C
CELSILIAE SI C, CELSI ILLAESI PS
- 40 VT] AVT C
EA om. PS
TOLLEREQ SC
- 41 IN P, IN SC
CAETEROS S
ABSTINERENT P ex em. (ut vid.) S
SE om. P
NEGOTIATIONIS S
- 42 NOVA-ET P, NOVARI-ET S, NOVARI C
- 43 CONVENIRE C
VLLAM] ALIAM C
- 44 post ITALIAE hiatum significat C
in TEMPORVM finit P
- 45 post ACTVM hiatum significat C.

Cn. Hosidio Geta, L. Vagellio cos. 1) X k. Octobr. s(enatus) c(onsultum) 2)

Cum providentia optumi principis tectis quoque urbis nostrae et totius Italiae aeternitati prospexerit, quibus ipse non solum praecepto augustissimo, set etiam exemplo suo prodesset, conveniretque felicitati saeculi instantis pro portione publicorum operum etiam privatorum custodi[r]e, deberentque apstinere se omnes cruentissimo genere negotiationis ne[que] inimicissimam pace faciem inducere³⁾ ruinis domum villarumque:

placere, si quis negotiandi causa emisset quod[quod] aedificium, ut diruendo plus acquireret quam quanti emisset, tum duplam pecuniam, qua mercatus eam rem esset, in aerarium inferri, utique de eo nihilo minus ad senatum referretur;

cumque aequae non oportere[t] malo exemplo vendere quam emer[e, u]t venditores quoque coercerentur, qui scientes dolo malo [co]ntra hanc senatus voluntatem vendidissent:

placere tales venditiones irritas fieri.

Ceterum testari senatum domini[s] nihil constitui, qui rerum suarum possessores futuri aliquas [partes] earum mutaverint, dum non negotiationis causa id factum [sit].

Censuere. In senatu fuerunt CCCLXXXIII.

[Q.] Volusio, P. Cornelio cos. VI non. Mart. s(enatus) c(onsultum) 2).

Quod Q. Volusius P. Cornelius verba fecerunt de postulatione necessari[orum] Alliatoriae Celsil[iae], q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt).

Cum s(enatus) c(onsulto), quod factum est Hosidio Geta et L. Vagellio cos. clarissimis viris ante d[ie]m X] k. Oct. auctore divo Claudio, cautum esset, ne quis domum villamve dirueret, qu[o plus] sibi acquireret, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve, poenaq(ue) in emptorem, qui adversus id s(enatus) c(onsultum) fecisset constituta esset, [ut] qui quid emisset, duplum eius, quanti emisset, in aerarium inferre cogere[ret], et eius qui vendidisset irrita fieret venditio⁴⁾: de iis autem, qui rerum suarum possessores futuri aliquas partes earum mutassent, dum modo non negotiationis causa mutassent, nihil esset novatum: et necessari Alliatoriae Celsil[iae] uxoris Atil[i] Luperci ornatissimi viri exposuissent huic ordini patrem eius Alliatorium Celsum emisse fundos cum aedificis in regione Mu[tin]e[nsi], qui vocarentur campi Macri, in quibus locis mercatus a[gi] superioribus solitus esset⁵⁾ temporibus, iam per aliquod annos desisset haberi⁶⁾, eaque aedificia longa vetustate dilaberentur neque refecta usui essent futura, quia neque habitaret in iis quisquam nec vellet in deserta [a]c ruentia commigrare: ne quid fraudi multae poenaq(ue) esset Celsil[iae], si ea aedificia, de quibus in hoc ordine actum esset, aut demolita fuissent aut ea cond[ic]ione sive per se sive cum agris vendidisset, ut emptori sine fraude sua ea destruere tollereque liceret.

In futurum autem admonendos ceteros esse, ut apstinerent se a tam foedo genere negotiation[is] hoc praecipue saeculo, quo excitari nova et ornari [u]niversa, quibus felicitas orbis terrarum splenderet, magis conveniret quam ruinis aedificiorum ullam partem deform[are] Italiae et adhuc retinere priorum temporum [incuriam, quae universa affecisset] ita ut diceretur senectute ac tum[ulo iam rem Romanam perire.]

Censuere. In senatu [fuerunt]. . . .

1) Hos fasces gessisse imperante Claudio intellegitur ex v. 25, proxime ante ludos saeculares celebratos a. p. C. 47 Apr. 24 ex v. 6. Denique cum Dio 60, 20 scribat C. (immo Cn.) Hosidium Getam a. 43 propter victoriam Britannicam insignia triumphalia obtinuisse ante consulatum, consul fuerit necesse est per a. 44—46. Collega ignotus est.

2) *Senatus consultum* similiter praescriptum invenimus in Beguensi (vol. IX n. 270), neque aliter fuit in Cyziceno (cf. ephem. epigraph. 3 p. 157).

3) *ne . . . inducere[nt]* Reinesius.

4) *Senatus censuit, ne quis domum villamve dirueret, quo plus sibi acquireretur neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve: poena in eum, qui adversus senatus consultum fecisset, constituta est, ut duplum eius quanti emisset in aerarium inferre cogere[ret], in eum vero qui vendidisset, ut irrita fieret venditio.* Paulus Dig. 48, 4, 52.

5) *esset* melius abesset.

6) Columella 7, 2, 3: *nunc (oves) Gallicae pretiosiores habentur earumque praecipue . . . quae circa Parmam et Mutinam Macris stabulantur campis.* Varro de re rust. 2 praef. 6: *vehementer delectaris pecore, propterea (immo propter) quod te empturientem in campos Macros ad mercatum adducunt crebro pedes.* Apud Strabonem 5, 1, 41 p. 216 inter oppida minora Aemiliae enumerantur Μακροὶ κάμποι, ὅπου πανήγυρις συντελείται κατ' ἔτος. Nominantur item apud Livius 41, 18, 5. 45, 12, 41.